



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrio, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Artic. XXXI. Rubrica, Communia indicia quorum quodlibet solum ad torturam sufficiens est.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

Etum ille confirmat: quare suspicor & verisimile est, id cum eo sensu posuisse, quo equidem posui: nempe quod confessione sacramentali ante mortem accedente aut tempore denunciationis accedentibus signis exterioribus iudicii verisimilibus ex animo penitentem: multo firmior sit, & securior in præxi, sententia de recipienda complicum plurium sine alijs indicijs denunciatione: non vero eo sensu: quod si defensent talia signa vel confessio, vt non esse tutam sententiam credatur: quod in terminis nullum vidi adhuc asserentem, contra receptam quam dixi & notoriæ præxim. Hæc de noua quæstione nunc dicenda occurrebant.

## QVÆSTIO IV.

*An ea, que de iure & Constitutione Carolina Art. 31. requiruntur in denunciatione unius, requirantur etiam in denunciatione plurium?*

**D** Atavini & Friburgenses responderunt non requiri, id est ego responderam. Scendum mouerique questionem propter art. 31. & ar. 44. quorum tenor sequitur.

## ARTIC. XXXI.

*Rubrica,*

*Communia indicia quorum quodlibet solum ad torturam sufficiens est.*

**E** I unus reus cōuictus, qui in suo delicto auxiliatores habuit, aliquem in carcere denunciat, qui ei ad perpetrandum delictum commissum opem tulit, etiam est suspicio contra denun-

ciam, si modo in huiusmodi denunciatione sequentes circūstantiæ & requisita obseruentur & reperiantur.

Primo quod denunciari persona denunciata in quæstione nominatim non fuerit proposita, adeoque de eiusmodi persona in specie non fuerit interrogatus aut torrus denuncians, sed in genere interrogatus, quis eius in criminis fuerit auxiliator: denunciatum ex se cogitatione affecitus fuerit & non minauerit.

Secundo conuenit, quod ille denuncians omnino specificè interrogetur, qualiter quomodo & quando eum denunciatus inuenierit, & qualem societatem cum eo habuerit, & in hoc debet denuncians interrogari de omnibus possibilibus, & necessarijs circūstantijs, quæ pro occasione & qualitate cuiusque facti, omnium optime ad lequenter inuestigationem veritatis conducere possunt, quæ hic omnes describi nequeunt, sed quilibet diligens & discretus per se considerare potest.

Tertio conuenit inquirere, an denuncians in singulari, inimicitia, malevolentia, vel contrarietate cum denunciato constat. Nam vbi talis inimicitia, malevolentia aut contrarietas notoria esset, vel inquirendo reperiatur: tunc denunciati de eiusmodi denunciatione contra denunciatum non esset credendum, nisi de hoc alias tam verisimiles, firmas causas, signa veritatis indicet, quæ quoque in inuestigatione reperiantur, quæ firmum indicium faciant.

Quarto ut persona denunciata ad eo suspecta sit, quod denunciati criminis rea videri possit.

Quinto denuncians in denunciatione constanter manere debeat.

Ppppp

Rubri-